retinuerunt donec invito eorum imperio finem attulit libido appii cla
udii. qui cum in amorem virginie virginis incidisset sibique eam in ser
vitutem peteret. necessitatem patri eius virginio imposuit. Qui rap
to ex taberna proxima cultro filiam occidit. cum aliter effici non po
sset ne in potestatem stuprum illaturi veniret. Hoc tam magne iniu
rie exemplo plebs concitata montemque aventinum occupavit coe
gitque decem viros abdicare magistratus. Ex quibus appius clau
dius. qui precipuam penam meruerit. in carcerem coniectus est. ce
teri in exilium sunt acti. Res contra sabinos. et volscos prospere
gestas continet. et parum honestum populi romani iudicium qui
iudex inter ardeates et aricinos sumptus agrum de quo ambigeba
tur sibi iudicavit. Liber quintus:-

Lex de conubiis patrum et plebis a tribunis contentione mag
na patribus repugnantibus lata est tribuni plebis aliquis
annos res prodimi. miliciaeque per hoc genus magistratus
administrate sunt ite. Censores tunc primum creati sunt. Ager
ardeatium populi iudicio ablatus missis in eis colonis restitutus
est. cum fame populus laboraret spurius melius eques romanus frumen
tum populo sua impensa largitus est. et ob hoc factum concitata
sibi plebe. regnum affectans a servilio et ala magistris equitum
iussu quincti cincinnati dictatoris occisus est. L. minutius vindex
bove aurata donatus est legatis romanorum a fidenatibus occisis
qui ob rem publicam occubuerunt. Statue in rostris posite sunt
cossus cornelius tribunus militum occiso tolomio veientium re
ge opima spolia secunda retulit. M. emilius dictator censure ho
norem qui antea per quinquennium gerebatur. anni spatio et
sex mensium spatio finit. Ob eam rem a censoribus nota
tus est. fidene in potestatem redacte eoque coloni missi sunt. Qui
bus occisis fidenates cum defecissent ab emilio dictatore victi
sunt. et fidene capte. Coniuratio servorum oppressa est. Postumius tribu
nus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus est. Stipendium
ex erario tum primum militibus datum est. Res preterea gestas adversus